

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Theologica Solennis De Termino Salutis  
Humanae Peremptorio**

**Neumann, Johann Georg  
Green, Georg Sigismund**

**Vitembergae, 1700**

**§. III**

**urn:nbn:de:bsz:31-105555**

Ambrosius Lib. 1. de Pœnit. cap. 2. T. 1. Opp. p. 153. edit.  
Basil.

§. III.

Deinde Novatorum hypothesis ipsum Photinianismum  
reducit in Ecclesiam. Omnia invicem congruunt ex-  
æc. Novatores remissionem peccatorum denegant la-  
psis, etiam si peccata deplorent. *Vid. supra: §. VI.* Sed idem  
Smalzii, Socinianorum primicerii, commentum est:  
*fieri potest, inquit, ut pœnitentiam aliquis serio agit, hoc est, pec-  
cata serio deploret, & tamen remissionem peccatorum non re-  
periatur apud Franzium, in Vindicta, Disp. X. Sect. 4. num. 40.*  
Nostri inquiunt: indurationem ipsius Dei obstare, quo  
minus peccator possit resipiscere: *Vid. §. VII.* Idem Smal-  
cius ante illos docuit: *Deum nonnullos ita obdurare, ut non  
possint resipiscere, vel ad se converti: apud Franz. l.c. n. 56.*  
Novatores id perpetuo obtendunt, hoc illo de gratia præ-  
coño, viam hominibus aperiri ad securitatem. Sed in  
eodem quoque accusantur Ecclesiæ nostræ a Photinia-  
nis: *Quod doctrina nostra de remissione peccatorum, præser-  
vatorum, portam aperiat, ut homines siant hypocrita &  
mali: apud Franz. l.c. sect. III. §. 18. Conf. B. Scherz, Coll.  
Anti-Soc. p. 792.* Plura in præsentium cumulare non liber.

§. IV.

Porro III. ipsa hæc assertio Reformatorum est, & co-  
mnium illorum, qui absoluto decreto patrocinantur.  
Non quidem allegabo veteres illos, a quibus ipsi diffe-  
dunt Successores; sed unum alterumque heterodoxiæ  
specimen ex recentioribus excerptam, unde suo quisque  
judicio de Harmonia utriusque sententiæ facile judica-  
verit. Sic Ludovicus de Dieu, & Melchior Leydeckerus  
inquiunt *Deum ab aeterno ex lapsis hominibus quosdam absolu-  
to decreto reprobavit: i.e., ad damnationem posuit, & en quam  
aperte*